

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

Reuerendiss.princip ac Domino, D.Henrico octauo Angliae & Franciae
regi,hyberniae domino, ualliae & cornubiae principi, Domino suo
clementissimo S. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

conueniat cum eo quod nos uocamus Rocken. Ordine hæc mihi perscribi uolo, ut simpliciter *lucis lucæ* τὰ ἀπορίαια τὰ σπυα: et cupio mihi sic responderi, ut ab agricola, non qui diuinet ex commentarijs, sed qui cognorit *αὐτόπης*, quiq; nōs in rens presentem ducere queat. Postremo etiam interroga, an habeant in Italia eam frumēti speciem, quam nos Rocken uocamus. Nos in enarrando Hesiodo egregiā operam nauauimus. Vale, *ἀσάσου τοῦ σὺλογοῦ*. Meis uerbis dicas salutem nostro Valentino. Postridie Dominicæ Iudica.

Reuerēdis. Principi ac Domino, D. Henrico octauo Angliæ & Franciæ Regi, Hybernæ Domino, Vualliæ & Cornubiæ principi, Domino suo clementissimi.
mo S. D.

III, 4.

Serenissime et inclyte Rex. Etsi publicæ quædam cause impulerunt me, ut scriptum quoddam meum Regiæ M. T. dedicarem, ut ex præfatione intelliget R. M. T. tamen etiam multum me priuatim admiratio ingenij et uirtutis tue mouit, ut hac quæ licinq; significatione iudicij mei, studiū meum R. M. T. declararem. Dedi itaq; initio hunc libellum Alexandro Alefio Scoto, uiro docto et pio, qui uirtutem et pietatē tuam mihi et multis alijs in Germania magno studio prædicare solitus est. Is pollicitus

citus est, se meum scriptum exhibiturum esse R. M. T. Quod ut equo animo accipiat R. M. T. etiam atq; etiam rogo. Equidem opto & animum meum & scriptū probari R. M. T. De mea uoluntate hoc affirmare uerè possum, & hunc animū meum R. M. T. addictissimum esse, & me de doctrina Christiana libenter amplecti ea quæ probantur doctis & bonis uiris. Si quid mihi R. M. T. dici uoluerit, poterit huic Alexandro tutò committere. Christus seruet R. M. T. quam diutissimè florentem & incolumem, & Reipub. multarum gentium, & Ecclesie Christiane salutem: ad quam ornandam præcipuè curam & consilia sua summos Reges referre decet, & hoc tempore maxime necessarium est.

Eruffus episc. III, 49. Episcopo cuidam.

Eruffus episc. III, 49.
Naminius gesis.

Reuerendissime & Illustriss. Princeps: Petiuit à nobis commendationem ad Reuerendiss. paternitatem uestram, quidam honestus adolescens, scholasticus huius Academiæ, Petrus de Neuumarch. Cum autem non dubitemus, quin R. P. uestra sua sponte & faueat ingenijs, & prouehere studiosos ad utilitatē Reipub. cupiat, libèter dedimus huic iuueni literas, & ut apud R. P. V. haberet testimonium morum ac studiorum suorum: & ut rogaremus, ut R. P. V. propter nostram commendationem ma-

iori